





*Duplicat.* 2

*1786* 2

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA,  
SISTENS QVAEDAM  
CIRCA

# REPRODVCTIONEM PARTIVM CORPORIS HVMANI

Q V A M

AVCTORATE AC CONSENSV  
ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
P R A E S I D E

D. IO. FR. GOT. GOLDHAGEN

MEDICINAE, PHIL ET HISTOR. NAT. PROFESSORE  
P. O. FACULTATIS MEDICAE H. T. DECANO, GIRCULI  
SALICI. COMITATVS MANSFELDENSI ET  
CIVITATIS HALENSIS PHYSICO,

P R O

GRADV DOCTORIS MEDICINAE  
SOLEMNITER OBTINENDO  
DIE III. NOV. MDCCCLXXXVI.  
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

CAROL. FRID. GVIL. KLEEMANN  
BEROLINAS.

---

HALAE,  
TYPIS FRANCKIANIS.



PATRI OPTIMO,  
SVMME VENARANDO  
DOMINO  
**GEORGIO FERDINANDO**  
**KLEEMANN,**

SUPREMO LEGIONIS PEDESTRIS A BÖRNSTÄEDT  
CHIRVRGO CASTRENSI

HOC

STVDII ACADEMICI SPECIMEN  
IN  
TESSERAM PIETATIS

D. D. D.

FILIVS OBSEQUENTISSIMVS

**C. F. G. KLEEMANN.**

A 2

ATAN. OTTIMO  
EUMM. VENAFIANDO

GEORGIO ERICHINANDO  
KIRCHNER

ALBEGO LIBERIUS LIPSIENSIS A. 1601.

OTTIMO. EMM. VENAFIANDO.

SILVIA ACAD. MILIC. SCHOLÆ

LIBERIUS. LIPSIENSIS.



LIBERIUS.  
LIB. OLEOPHYSICO-  
C. A. C. KIRCHNER.

A



etiam tunc mali censimur et  
tus ex illi superemergemus  
de te et te generatione nostra non  
ne antenneris autem ab aliis  
dignis.

## PRAEFATIO.

---

**A**d phaenomena explicatu difficultiora, spissisque adhuc tenebris immersa profecto quoque ea, quae Reproductionem quarundam corporis partium concernunt, referenda esse, nemo rei peritus in dubium vocabit. Longius itaque a me abesse fateor, hac in Commentatiuncula rem expondere, quae solertissimorum scrutatorum, aciem non parum fatigavit.

A 3

Cer-



Certus, leviora plurium conamina  
res quasdam, etiam abstrusissimas,  
sensim magis magisque illustrare, aut  
spem saltim ingerere, fore ut ex  
pluribus dispersis tentaminibus tan-  
dem sistema quoddam exsurgat,  
concepi animum, exiguum hocce  
fragmentum ad historiam Reproduc-  
tionis conferre. Magnum hujus  
doctrinae momentum in servandum  
corpus animale effecit; ut materies  
haec nostra aetate singulari studio  
et labore tractetur. Lubens qui-  
dem profiteor, quod ea, quae in  
frequentibus profero, ad doctrinam  
de Reproductione vix quidquam fa-  
ciant: verum acquiescam, si hoc  
meum tentamen, qualecunque de-  
mum

7

mum sit, gravioribus Aliorum tentaminibus conjunctum argumenta adaugeat, quae Reproductioni aut favent, aut obstant. Varia me impedire, quonimus plus ultra procederem.

Physiologicam partem, in qua efformationem et structuram corporis animalis paucis attingo, praemisi, ut ubi de reproductione ago, ad analogiam inter primam et secundam productionem partium provare liceret. Experimenta praesertibus pluribus Dominis Commilitonibus ab aestumatisimo meo praecessore, Doctissimo Domino Professore MECKELIO — cuius egregiae

humana

8.   
humanitati me quam commendatissimum velim — sunt instituta.


Accipias igitur B. L. tentamen  
hoc exiguum, a manu proveniens  
inexercitata. Nova proferre in re  
tam ardua nec virium tenuitas per-  
mittit, neque aequi judices a cive  
academico expectant

Halae pridie Calendas Nov.

MDCCCLXXXVI.

C. F. W. KLEEMANN.

DE



De  
Reproductione partium.

§. I.

*Introductio*

**C**orpus animale non posset perfectam sui formationem fortiri, nec celerem interitum effugere, si Creator sapientissimus nullas illi vires indidisset, quibus partes amissas refarcire valeret. Haec vero partium amissarum restitutio duas sub se mutationes comprehendit. Prima earum partes functioni-

A 5                   bus



bus corporis absuntas indies per chylum ex alimentis praeparatum reficit. Prima haec restitutionis species nutritionis nomine venit. Eam vix quisquam animadvertiset, praesertim si partes corporis firmas spectaverit. Altera restitutionis species habetur, si partes deperditae modo sensibus pervio reficiuntur, eoque quidem, ut deperditis plane similes sint. Haec — *reproductio seu regenerationis audit.*

Reproductio itaque locum non habet, quin sensibilis amissio cuiusdam partis corporis praecesserit; et quin pars amissa ita reflecta fuerit, ut actio, functioque exacte redintegrentur. Quae analoga prorsus partis cuiusdam restauratio quum fieri non queat: plura hic exigenda non censem. Si vero generatio est actio, qua corpus animale producitur: si nutritio partes actione, functioneque deperditas per singulas ferme horas reficit: Sique reproductione partes singulares

amis-



amissae restauratur: profecto est, ut maxima analogia tribus hisce functionibus insit. Haec analogia, quae casu diversa fieri potest, sicut Alios ita et me movet; ut unam eamdemque vim primigeniam in functionum harum caussam admittam. Quae vis primigenia quam ad abstrusas reconditasque corporis nostri vires pertineat: ejus indoli exactius describendae lubens superfedeo. Non vero existimem, vim quamdam adeo activam cujusque effecta adeo perspicua sunt, ideo, quoniam distincta indolis ejus notio nobis non est, negari posse. Quam vim existere, si concedis, nullus obſtrum, quominus ea, vis plastica, vis essentialis, Anima, nifus formativus etc. adpelletur.

Hac a vi primigenia pendent generatio, nutritio, et reproducio tanquam plures effectus unius ejusdemque caussae diverso modo agentis (a).

A 2                          Quin

(2) Blumenbach vom Bildungstrieb. §. 7. S. 18.



Quum libelli nostri propositum sit, de reproductione partium agere, indagando totum generationis actum ab argumento nimis discederem. Breves vero quasdam positiones, easque universales de formatione, strueturaque partium praefstruam: ne sit, ut de reproductione acturus a scopo faepius digrediar.

§. 2.

*"De ortu partium universem spectare.*

Partes ut formentur, praexistat necesse est stamen quoddam sive materies quadam elementaris. Materies haec oculo humano gelatinæ instar adparet, ejusque est indolis; vt, — si irrilabilitate polleat, — una, quin deinceps formetur, animanti producendo sit. Argumento sunt Polypi, ceteraque animantia frigida.

Materies ista est quoque pars fundamentalis omnium corporis nostri partium,

qua-

quārum discriben nonnullis debetur mutationibus, habita videlicet ratione non proportionis solum, formaeque earundem, verum et virium, quibus eae sunt instructae. Qua de caufsa — quum et singulae corporis nostri partes in gelatinam resolvi queant — non inepte gelatina naturalis primordialis dicitur Gelatina haec, ut ut lymphae sit similis, tamen ab ea differt. Gelatina enim animalis calidā coagulari non potest: calidā, in qua soluta fuerit, in vapores excitatā, pri-  
mum quidem consistentiam gelatinæ nan-  
ciscitur; indolem vero luti induit, evapo-  
ratione calidae adaucta. Lympha autem,  
intensiore coloris gradu rursum coagulata,  
durior consistit, quin pellucida maneat.  
Quo minus vero gelatina animalis in lym-  
pha, ex qua fecernitur, contineatur, nil  
discriben hoc obstat.

Gelatina animalis, vita cessante, imo  
non raro quoque in statu morboſo pri-


mum



mum in fermentationem acidam, de-  
mum vero in putredinem abiens, foeten-  
tis ichoris forma deturpatur. Destillata  
hac gelatina obtinetur cum liquor quidam,  
tum aleali fixum, oleum penetrans, aleali  
volatile, oleum denique empyreumaticum.  
Remanet carbo exustu difficilior, cuius ci-  
nis alcali fixum cum fale digestivo Sylvii of-  
fert. Acida atque alcalina gelatinam adeo  
dissolvunt, ut potior dissolutionis pars men-  
struo posteriori adscribenda sit. Gelatinae  
illi partes nostri corporis non suam solum  
genesin, verum et sui debent restaura-  
tionem.

Partium fluiditas efficitur mobilitate  
fluiditateque materierum materiei primae  
inherentium: firmitas vero earumdem cum  
arctiore partium constituentium inter se ne-  
xu, absentiaque particularum aquaticarum,  
tum copia particularum terrearum nititur.  
Firmae itaque partes et gelatinae animali et

par-



15

particulis terreis sunt coniunctae. Non raro utraque pars constitutens ultiro, glutine nimirum tractu temporis exhausto, disjungitur: solaque pars terrea, — id quod ex ossibus devastatis liquet — residua manet. Medium, quo gluten et terra in partes firmas conjunguntur, est aer fixus. Arte quoque separatio partium constituentium effici potest: e. g. Lapidibus cancri, acido dissolutis. Nunc ad tractandum de formatione partium singularium proprius accedam.

§. 3.

*Tela Cellulosa.*

Partium solidarum partes primarias constituunt, fibrae. Fibrarum unicum modo genus esse videtur fibra, nempe cellularis. Ea, perquam simplex, ex humoribus lymphaticis, e vasibus sudoris instar emissis, certaque ex modulatione, qua humoris exsudans formam consequitur, ortum trahit. Forma ea ex indole Gelatinæ, qua — vt

in

in filamenta cylindrica protendatur propendet, — evaseitur. Quod laminae instar fiat, magnam in partem pressioni, motuique partium vicinarum, v. g. vasorum, debetur; atque his ipsis lamella eiusmodi in latum non vero in altum porrigitur. Quia propter inter musculos inque cavitatibus inter intestina — quibus in locis magis in latum comprimuntur — laminas invenire est latissimas, desissimaque ibi, vbi pressio fuerit crebrior frequentiorque. Nec miram inde, quod saepius in membranis sint mutatae.

*scrinari vixq. §. 4. membranæ  
cavum musculari. Membranæ*

Sunt confipata tela cellulosa, quae in foetu teneriore perquam est fluida, firmitatemque demum pressione et motu partium vicinarum nanciscitur. Hoc modo pleure loco in foetu materies fluido-lymphatica, quae demum actione pulmonum in membra-

branas abit, deprehenditur. Eadem est ratio membranarum cerebri: quid? quod ex sanguine ex corpore elicto, solo motu, membranas producere liceat: ut perspicue innuant pericula hanc in rem ab Hâne instituta. Non minus facile in statu pathologico ab inflammationibus, quae particulis lymphaticis exitum sudando concilia-  
vère, oriuntur; atque hoc ipso nexus praeternaturalis partium producitur. Exemplum offerunt concrementa arteriae asper-  
ræ, obtinente angina membranacea.

§ 5.

*Tendines.*

Tendo equidem musculi partem consti-  
tuit: verum quod ex firmiore, compre-  
fioreque tela cellulosa consistit, non incon-  
gruum existimem, de eo hic agere.

Tendo itaque medium mihi locum  
membranam inter atque ossa tenere vide-

B

tur



tur. Partes enim tendineas ex fibris muscularibus oriri, haud quamquam mihi persuaserim. Etenim, a) ne vel minima ipsis cum fibra musculari est similitudo, b.) In foetu deprehenduntur partes tendineae, quin pressio vel minima aut alia quædam hic vis extiterit, quae fibras musculares in tendineas mutaret. e.) Contrarium evincit resolutio partium tendinarum in substantiam Cellulofam. d.) Sapientissimæ quoque Oeconomiae per quam adversaretur, partem tanta arte compositam, qualis est musculus, demum producere; ut simplicem adeo, mechaniceque tantum agentem, qualis est tendo, partem producat. Que licet ita se habeant, continuata tamen pressione fortiori in quandam musculi partem, partem hanc tendini similem reddi proffe, facile, — ni status hic statui præternaturali foret ad numerandus, naturæque scopo destitutus — conceperim. Exempla hue facientia in di-

ver-

versis sunt Artificis. Dexteram Paneratis,  
et femora Saltatorum non negem  
tendinosiora esse, femoribus Eruditorum  
motu legentium.

Non minus vacillantibus insistunt argumentis ii, qui tendinem continuationem periosstii dicunt. Evidem tendo mihi ortum trahere videtur ex lympha exsudante qua fibrae cellulofae efformantur, vehementem compressionem patientes. Huic accedit copia particularum terrearum, quibus tendo firmior efficitur. Malim ego vaginam tendinis continuationum periosstii habere. Forsan et hic eidem est usui, cui est officibus, nimurum, ut tendinem efformet; ne quid de usu ejus reliquo ad motum muscularum dicam. Ipsa illa experientia: tendinem scilicet saepius ad medium, quam ad finem, quo musculo adhaeret, disrumpi, eo: quod ipsum tamquam partem separati spectemus, stabilitur potius, quam



evertatur. Quodcunque demum hic vni-  
onem efficiat, sive gluten densius, sive te-  
la cellulosa firmior: nexus hoc ipso auge-  
bitur, quod fibrae tendinofae muscularibus  
quasi coarctatae sint.

Solus tendo, quod reliquum est, elate-  
re pollet: vasa quoque ad ipsum porrigitur:  
et quamvis partibus sensu desitutis  
accenseatur: observationes tamen multipli-  
ces virorum acutiorum æque, ac status patho-  
logicus, in quo cum bruta tum Homines,  
tendine dissesto, doloris signa edidere, ne  
spernamus, merentur.

§. 6.

*Cartilago*

Est substantia pellucida, cohaerens,  
multoque elatere praedita. Structura ipsi-  
us, quamvis valde est simplex, scrutanti ta-  
men ejus ortum, partesque constituentes,  
plurimae difficultates emergunt. Maxima

pars



pars foetus, dum formatur, speciem fortit  
tit cartilagineam: major enim harum partium pelluciditas, splendor, albedo atque elater eas omni a massa homonegea dispeicit. Cartilago autem omnis glutine animali, quod tantum hic densius, compaestusque est, absolvi videtur. Huic opinio ni faveat, quod Cartilago possit calidâ exacte solvi: quod acidis damnum non capiat; quodque intensior ipsi elater sit, gelatinæ condensatae non incongrue adscribendus. Rite quoque ea spectari potest formae instar, ad genesin efformationemque ossis necessaria. Nullatenus vero eam fibris lamellisque constare, evicit Preceptor meus ad cineres mihi colendus, doctissimus Professor Waltherus. (b.) Cartilago denique vasa multa per ipsam distenta tenet.

Hicce praestructis ipsum ossium ortum exponere licebit. Cartilago itaque suis instructa vasis existat: in superficie ipsius remissa tenuisque tela aranacea observant occurrit, quae, firmitate aucta, mox maximo fit usui. Vasa cartilaginis, primitus exigua, crescente cordis virtute ita dilatantur, ut globulis sanguineis excipiendis sint, eumque sanguinem in cartilaginem abducent, qui particulis terreis abundat, quo Succus ossis adpellatur. Ne vero hic succus tanquam peculiaris liquor praeparatus concipiatur, evandum est. Hoc enim nomine eatenus demum venit, quatenus ossi advectus, et formationi ipsius ejusque nutritioni, et productioni substantiae perditae, inservit.

Vasa cartilaginis sustinentur dirigunturque tela celulosa subtilissima, ad formandum



dum periostrum internum destinata, seque  
deinceps per os ipsum disseminante. Peri-  
ostium internum externumque peculiares  
sunt membranae: ipsa vero sic dicta ossifi-  
catio vera non sit, eo quod Perichondrium  
ex laminis membranaceis os fingat — quæ ce-  
lebrium virorum mens est —: sed quod  
particulae continuo maiores in vasa tene-  
riora, propellantur. Hac quippe ratione  
circuitus Sanguinis in arteriis difficilior eva-  
dit: particulae terreae fere innectunt par-  
tibus vasorum: Sanguine jugiter advepto  
vasculum ejusmodi denique difrumpitur:  
arque hac via accumulata in eo materies in  
cartilaginem deposita non potest speciem  
cartilagineis non induere. Quum nunc  
periostrum internum, quod directionem  
vasorum concernit, tamquam opus adeo ac-  
tivum, ossiumque productioni apprime re-  
spondens contemplati sumus: in periostro  
externo ipsum illud, quod natura copiae  
substantiae osseae depositae et langiori ejus



diffusioni opponit medium, deprehendimus. Periostium hoc siquidem cuius firmitas continuo magis magisque excrescit, os oriundum coerget, cohabetque ne vel degeneret aut evadat iniquum. Vtus hic ex statu praeternaturali et pathologico praeclare liquet. Disruptionem enim periostii externi ut primum diffusio Succi ossi insequitur. Periostio multa sunt vasal, non vero nervi. Ossis figura, ut latum longumve cylindrum exhibeat, subest figurae cartilaginis, vasorumque in ea porreptioni. Cartilago enim si angusta sed longior fuerit, non potest non esse, quin vasa viam magis rectam, longioremq[ue] petant: figura vero ejus si fuerit lata: ea quoque magis ad latus, omnemque peripheriam extensum ibunt, materiem ossium ita simul depositura. Firmitate ossi exacte conciliata, in internam ipsius cavitatem medulla seponitur.

Os, quod dictum, pluribus particulis terreis, de quarum indole diu sub judice lis fuit,

con-



us,  
ati-  
um  
va-  
tu-  
io-  
fio-  
nt  
la-  
gu-  
ni.  
it,  
gi-  
ro-  
ns,  
a-  
ni-  
us  
r,  
t,  
B. conflatur. Quaevis ipsis erant phaenomena terrae calcariae, excepto eo, quod igne in calcem vivam mutari nesciret. Tandem vero caussa obstatuli hujus detecta, detectum est simul: terram illam, quae re ipsa calcaria est, junctam esse sali phosphorico, quo ab ea secreto, mox in calcem vivam mutatur.

§. 8.

*Musculi.*

Corporis humani partes, curtis, cylindricisque fibris compositae, rubro colore, virtuteque ingenita semet contrahendi gaudentes, musculi nominantur. Genesis eorum, quum ea virtus, substantiam eorum coefficiens, ex solis ejus nobis effectibus innoteat, nos fugit. Oppido autem elucet, primas foetus partes esse musculos. Primus enim, qui in foetu excipitur motus, motus est cordis: Cor vero, quod neminem latet, maximam partem muscularibus fibris constat. Musculi quoque oriundis partibus aliis quam maxime sunt



necessarii. Ipse citus partis tam compositae  
ortus, quid sit, quam effectus virtutis cuius-  
dam primigeniae, nobis quidem prorsus igno-  
lae, strenuae tamen.

Musculares foetus fibras visu haud facile  
distingui, procul dubio ii adscriendum est  
causae: quod sanguine, cui rubicundum co-  
lorem debent, necdum sint inbutae.

Musculus ipse, quod structuram ejus at-  
tinet, fasciculis, tela cellulosa junctis, con-  
tinetur: striis fasciculus; eae vero fibris. Par-  
titio ulterior hic aciem oculorum fallit. Fa-  
ciculi et fibrae filamentis quibusdam telae cel-  
lulose obliquo inter se nexus junguntur. Fi-  
brae vero illae non sunt fibrae contrahentes.  
Quod ad magnitudinem muscularis fibrae spe-  
ctat, praeclarissimorum virorum alii alias te-  
nent vias. Subtilem quidem sed et repugnan-  
tem ejus rationem iniere *Loewenhoek* et  
*Muyr.* Haud secus vacillarunt ingenia circa  
structus

structuram muscularium fibrarum. Alii eas loculosa: cavas alii aut vaforum continuatio-  
nes aut univare. Alii mille etiam quod cana-  
les ii, ob sui tenuitatem excipiendo sanguini  
nullatenus sint: opinioni tamen huic adverfa-  
tur existentia muscularium fibrarum in Infectis,  
quae ex mente *Lionetti*, *Halleri* probata, nul-  
lis donatae sunt vasis. Recentiorum quorun-  
dam opinio; fibras musculares e nervis deri-  
vans, non minus improbanda videtur. Haud  
parum enim, quod structuram amborum in-  
tercedit discriben, hic refragatur. Nec aliud  
quidquam tum luci emerget, quam Hypo-  
thesium aliam alia superstrui.

Fibra muscularis plane respondet telae cel-  
luloseae. Alius tantum structuræ modus,  
aliaque accedentes cum partes, tum vires,  
quibus musculi praepollent, maiores, e fibra  
elementare musculari constituant.

Sic musculo plura sunt vasa et quas venae  
comitantur, arteriae eum nutrientes, in quo  
telam



telam ipsius cellularem oleosam deponentes materiem. Sunt quoque ipsi vasa lymphatica, liquores supra modum depositos revehentia. Sunt muscularis et nervi plures, vario in iis tractu dispersi, quibus arbitrarius illorum motus efficitur. Praeter haec inest ipsis, quod praecipue ex longo secessu extremitatum musculi dissecuti adparet, magna elasticitas. Vis tertia muscularum, quae Irritabilitas audit, iis est ingenita, eaque fit; ut musculus stimulo excitatus contrahatur. Stimulus is agit vel mechanice, quemadmodum sanguis membranam muscularam arteriae irritat: vel physice, ut fit, si scrotum frigore cogatur, sese contrahere; vel Actio ejus pendet a vi nervea, ut in motibus arbitrariis.

Irritabilitas a morte perseverat, verum non diu; quae licet a vi nervea non pendeat: tamen, quam Irritabilitas debilior defectu nerveae nitatur, multum in eam valere videatur. Mihi ipsis sese obtutit ouatio, id ipsum

in



in cane e cuius nervo ischiatrico frustulum fuerat abscessum, observandi. Infra extremitatem dissectam, musculus stimulo facto manifesto, lente, infirmeque contrahebatur; contra supra — mansit ut ante fuit.

§. 9.

*Nervorum origo.*

Nervi quicunque originem suam ducunt ex cerebro, cerebello atque ex medulla oblongata, et Spinali. Cerebrum est pars prior foetus, quae possit omni alia a massa discerni. Involuerunt ipsis primo per quam est molle et gelatinosum; magnitudo capitis alii ipsis massae nullatenus respondet; tantum est, imo saepius omni reliquo corpore est majus. Primo in primordio in cerebro tres conspicuntur vesiculae, cerebro oriundo inferientes. Cerebrum ipsum in initio valde est fluidum. Firmitas ipsis incremento corporis aucto, augetur quoque, verum ita, ut in foetu plane effor-

efformato pultaceum restet. Cerebrum ipsum constat exteriore substantia cinericia, interiore vero medullari: inter utramque datur tertia magis flavescentia substantia; ea propter a *Monto* ro flava dicta. Injectionibus in substantiam corticalem sive externam ut ut ad votum peractis tamen substantia supereft mucosa, injectionem recusans. Qua de causa nec opinioni de medullari ex vasis plane composita est subscriptum. *Malpigh* quoque hac de re glandulareni ipsi structuram adscripsit. Vera interima corticalis structura videtur esse magnus complexus vasorum, quae tenuissimis telis cellulosis juncta sunt. Ipsa haec tela cellularis perfectae injectioni corticalis obsistit.

Substantia medullaris cerebri pultacei est generis, quibusdam vasis perforata, tenacior simul, firmiorque est cortice, cui par vasorum minora, tenuemque cellulosam est juncta. Major ipsius tenacitas non impedit; quo minus in strias, aliasque figuris diversum inde nomen sortientes comprimatur.

§. 10.

*Structura nervorum.*

Hac ex substantia medullari porrigitur albi, plani, fibrofi sensilesque funiculi, quos nervos dicimus. Perquam vero simile est, hos quoque, quamvis visu discerni needum tunc possint, tum temporis adesse, quo cerebrum notatur. Primis foetus mensibus valde sunt fluidi, pellucidique. Densitas substantiae eorum par ratione incremento corporis aucto, augetur.

Nervus plures paucioresque continet funiculos pia matre cinctos: sic, ad centenos in quinto pari sunt observati c). Funiculus ejusmodi rursum constat pluribus singularibus fibris nerveis, quibus eadem, quae cerebro, substantia est, etiam tenui tela cellulari junctis.

Nervorum volumen crescente corpore per-  
parum crescit, atque per hoc aequam cum re-  
liquis partibus corporis rationem non servat.

In

c) Meckel. D[icit] q. C[ontra] 30.



In tela cellulosa nervi vasa existunt ipsi nutritiendo destinata. Numerus funiculorum nervorum idem, qui in initio fuit, nisi ejus protensio ganglionे impediatur, in fine manet.

Haec sunt, quae de structura nervorum comperta tenemus: cetera, quae de structura interiori fibrae subtilissimae ventilantur: num scilicet solidum corpus sint? num fluido cuidam excipiendo convenient? et cuius indolis hoc fluidum sit? — Hypotheses funto.

Organa sensuum, motuumque arbitriorum sunt nervi: activa ea, quae in iis est vis, nervea aut vitalis audit. Porriguntur ad plures corporis humani partes, quae iis sensus capaces fiunt. Accurata partium earum definitio, quae vel sensu gaudeant aut eo sint destitutae, profecto res est, quam nemo facile decidet. Experientia enim non raro principiis physiologicis hic prouersus adversatur. Quod primae sint partes, quae efformentur, quod a sui primordio sint integrae: quod reliquae cor-

corporis partes, iis prius efformatis, effor-  
mentur celerius: sufficienti haec mihi sunt ar-  
gumento influxus illius, quo in efformandum  
corpus animale valent.

## §. 11.

*De Partium Reproductione ipsa.*

Nunc ad palmarum dissertationis hujus  
propositum, reproductionem scilicet partium  
progredior. Est eam tantum modificatio-  
nem ejusdem vis primigeniae, quae et  
generationem efficiat, jam §. I. est monitum.  
Et hic eamdein haud fecus concipio: quum  
nil quam *reperita partialis generatio* sit. Exi-  
git itaque, ut et ipsi lymphatici praeeexistant  
liquores, in quibus gelatina contineatur,  
atque ut adsit vis, qua partes efformentur.

## §. 12.

*Historia doctrinae de vi reproductionis.*

Vis reproductive priscis diebus, quibus A-  
natomia et Physiologia admodum arcta atque  
obscura fuit, plane incognita fuisse videtur.

C

Deerant



Deerant enim iis notiones ex, quarum opera generatione ad reproductionem analogice quidquam inferrent. HIPPOCRATES pluribus in locis partes reproduci non posse, profitetur. In Aphorismis (d.) „Ubi dissecatum fuerit os, inquit, aut cartilago, aut tendo, aut genae pars tenuis aut praeputium: --- neque augetur, neque coalescit.“ Haud alia in Coacis adstruit. „Ex tenuibus nempe intestinis si quod dissecatum fuerit, non coalescere.“ Idem fentiens -- CELSVS (e.) „Arteria incisa, dicit, neque coit, neque sanescit.“ GALENS -- Hippocrati -- accedens in libro de *constitutione Artis Medicæ* (e.) negat, posse partes perditas reproduci. Verum, quum alio in loco oleum vetus et calefacientia medicamina vulneribus sanandis suggerat, quasdam solum partes hic subintellexisse videtur. Error hic diu obtinuit: licet illa ipsa aetate, præcipue in scriptis Chirurgiam concernentibus

(d.) Aph. VI.

(e.) L. II. C. 20.



plures observationes circa detectas partes  
reproductas existant. Observationes pae-  
sto fuerunt, sed usui non sunt factae. Cae-  
ce stabatur Hippocrati, quin quaedam vis  
methodique reproducentis ratio haberetur.  
Tum demum, quum animus in quasdam vi-  
res corporis primigenias acueretur, campus-  
que Physiologiae magis magisque esset excul-  
tas: in mentum perspicaciorum venit, et re-  
productionem partium ad sana principia ex-  
ponere, experientiasque ipsi faventes rite  
perscrutari. Esse vero rem istam majori  
studio tractatam; esse pericula huc facien-  
tia in animalibus instituta — nostrae demum  
memoriae debetur, praeeunte solertia sag-  
cium virorum: *Monro* pimirum, *Fontaina*,  
*Spallanzani*, *Hunter*, *Kruckfchrank*, *Michae-  
lis* et *Arnemann*. Horum posteriorum uter-  
que novissime reproductioni nervorum men-  
tis aciem praecipue intendit; quamvis peri-  
cula vel animo non responderint vel ofsten-  
derint contraria.



De iis, quae Reproductioni casu aut favent aut  
obsunt.

Ipsae illae repugnantiae reproductionem partium tangentes; ipsae experientiae de iisdem partibus mox regeneratis, mox non regeneratis, mox perfecte mox imperfecte regeneratis ipsa experimenta in tam diversas partes excurrentia; quacunque demum cura, et studio sint instituta, abunde demonstrant: non posse adjuncta quaedam non existere, quibus vigentibus regeneratio evadat facilior, difficultiore. Iis praeprimis adnumeranda venit


A.) *Aetas.* Quo enim magis decrepitum est corpus animale, eo remissior est efficacia vasorum, eoque exantlatae magis sunt vires ipsius naturales. Utrumque reproductioni obsistere, nemus non videt. Aetate provehente plura continuo vasa desperdi, requisitamque idcirco reproductionis materiem



riem aut non satis, aut rudiore in sta-  
tu ad locum constitutum abduci, acce-  
dit. Experientia dictis adspirat. Vul-  
nera enim senum sunt ut plurimum  
curatu difficultiora; partesque laefae, —  
licet contrarium adstrat. Dissertatio  
Domini Louis. — segnius reproduc-  
untur. Scribit quidem author Dif-  
fertationis illius: Senum vulnera ex  
promptiore collapsu telae cellularis et  
membranae adiposae faciliter curari:  
verum haec thesis nititur theoria ma-  
lae fidei, scilicet: curari vulnera per  
coincidentiam marginum. Neque pro-  
pugnatores theoriae hujus rationem  
enormis illius detrimenti, quod sub-  
stantia in vulneribus capit, habuere.  
Experientia quoque ipsa, etiam in re-  
productionibus simplicissimis, cuius-  
modi ea ossis est, satis evincit, quam  
sit arduum, quidquam in senibus re-  
producere. Tum profecto, ut cura-

tio succedat, admodum strenue vires  
faepius sunt excitandae. Memini exem-  
pli cuiusdam in Homine sexagenar-  
io, cuius tibia, cum jactura substanc-  
iae ossae infracta, tum demum cura-  
te est, quum vinum, ipsi antea ad-  
modum parce permisum, clam lar-  
gius haussisset. Hoc facto hiatus ossis,  
quod per tres anni quadrantes jam pa-  
tuerat, quatuor hebdomadum spatio  
non tantum substantia rursus fuit ex-  
pletus; verum etiam aegrotus in om-  
nem pedis usum fuit restitutus. Quae  
licet ita se habeant: tamen alteram in  
partem actas juvenilis, copia particu-  
larum nutrientium, nimia vasorum,  
viriumque corporis efficacia, repro-  
ductionem eadem ratione retardare val-  
ent. Propterea ejusmodi in casibus  
diaeta circumscripтор, ipsaque eva-  
cuationes, praesertim sanguinis, qui-  
bus humorum Impulsus inminpitur,

vires



intra viresque infirmantur, exellenti sunt  
aui. B.) Magnum quoque momentum in re-  
productionem faustam habet constitu-  
tio fucci animalis. Quare ea in bel-

luis, quae congruo, innocuoque ali-  
mento fere semper bonam fuccorum  
indolem adipiscuntur; multo velocius  
perficitur: contra in Hominibus, pro-  
pter effusorem, quae iis vivendi est ra-  
tio, disconvenientemque alimentorum  
adparatum, quae saepenumero anfam  
ad perniciofas humorum mistiones,  
atque ad acrimonias eorundem prae-  
sentib; reproducit segnius succedit:  
quid? quod non raro inde plane fista-  
tur, aut saltim admodum imperfecte  
fiat.

C.) Quod salutarem vim, usumque ali-  
mentorum in reproductionem concer-

nit: vix quidquam universe hic statu  
potest. Ea enim sese accidental i aegrotan  
tium conditioni adtemperant, at  
que omnino est, ut et aetati et con  
fuetudini et viribus tam digestionis,  
quam sanguificationis respondeant.

Ex neglecto hoc canone sunt illae  
repugnentiae plurium cel. Virorum,  
num scil. vietus vel animalis vel vegeta  
bilis curandis vulneribus magis con  
veniat. Quodvis alimentum, quod,  
habita ratione dispositionis Hominum  
acrimoniae et ansam et fomitem pra  
ebet, reproductioni obest. Quum ve  
nero compertum sit, vegetabilia etiam  
humoribus nostris materiem gelatino  
fam fuggerere (non adeo quidem co  
piose, quam vietus animalis eam sup  
peditat): usus eorum semper prodest.

Ait ut ad propositum revertar!

d) Cir-

D.) Circulatio Humorum neque nimis sit  
intensa neque nimis remissa. Inten-  
sior humores justo plures ad par-  
tem laesam abducit: quae modo ipa-  
tam suam ob debilitatem quam ob ir-  
ritationem ibi dominantem, copiose-  
rem ciet affluxum. Eo tunc fit, ut  
in vulneribus carneis enascatur caro  
heterogena, sive corrupta (das wilde  
Fleisch); ossique accrescat callus dif-  
formiter auctus. Circuitus vero hu-  
morum remissior partem laesam lym-  
pha requisita destituit. Sit vero cir-  
cuitus satis citatus, sit lympha suffici-  
ens in fagine: reproductio tamen  
potest vel tantum lente, vel plane non  
sequi. Tum vero succus ut pluri-  
mum, abdito quodam in corpore si-  
mulo, aliorum deducitur, quin lae-  
sae parti advehatur. Exempla sunt  
praegnantes, quarum partes deperdi-  
tas ante partum difficilius reproduxe-



ris. Earum enim humores irritatio-  
ne foetus in utero, viscera huic addu-  
cuntur, partesque lymphaticae effor-  
mando foetui inserviunt,

E.) Quieta demum et corporis et animi  
reproductio fere semper promovetur.  
Praeterea et alia sunt, quae plus mi-  
nusve ad restorationem faciunt:  
temperamentum scilicet, aer, clima,  
vicissitudines anni, tempestatis, &c. &c.  
Efficacia eorum ex simili, quem alias  
in morbos habent, influxu liquet.

§. 14.

*De Reproductione faciliori in animalibus frigidis.*  
Reproductionem quam faciliter in ani-  
malibus simplicioris structae corporis suc-  
dere, res est plane confecta. Quapropter  
ea in animalibus frigidis, non tot subiacet

diffi-

difficultatibus, quot in calidis. Partes enim priorum, quoniam ut plurimum massa constant gelatinosa, donata irritabilitate; simplicioris structurae sunt. Gelatinosum eorum stamen prima in generatione parum immutatur, esformaturque; quare in generatione partis cuiusdam secunda sive in ejus reproductione per paucis opus est mutationibus; quies pars ea priori deperditae proslis analoga reficiatur. Eadem quoque de causa partes deperditæ ejusmodi animalium intra breve temporis spatium resarciantur. Verum et inter ipsa haec animalia intercedit differen<sup>tia</sup>, si velocem confectamque species reproductionem. Haec enim eo est facilior, perfectiorque, quo proprius animal quodpiam ad regnum vegetabile accedit: difficilior imperfectiorque, quo magis appropinquat animalibus calidis. Argumento sunt Polypi, qnam facillime, celerrime que refecti. (g.) Difficilius reficiuntur lacer-

~~apparuit ante antedictos apud nos in finis tace,  
de his non erit quod respondeatur~~

(g.) Blumenbach vom Bildungstrieb S. I.

tae, serpentes, cochleae, ranas, alia. Exempla reproductionum ejusmodi narrantur a Bonnet, Trembley, Spallanzani, et Reaumour.

¶ 13.  
De Reproductione difficultiori in animalibus calidiis,

Structura animalium calidorum multo est artificiosior, magisque composita. Pluribus pollent viribus, quarum sedes quam in partibus sit, destructa parte eae quoque destruuntur. Duplici itaque e fonte eorum restauratio difficulter fit: cum, quia pars magis composita est restituenda, tam quia reproducio exacta vult; ut vires parti amissae convenientes simul cum parte restituta restituantur. Partes alias animalium calidorum facilius, alias difficiliter reproduci, pendeta discriminé, quo partes haec vel simplicius vel magis composite sunt constructae. Facilius, velocius, exactiusque reproducuntur eae, quibus non alia est vis,

x. in aliis animalibus non conformata, quam



quam elater, staminibus earum proprius, et  
quae sola constant gelatina, cuius forma exi-  
guia modulatione est perfecta. His adnume-  
ro telam cellulosam, membranas, tendinem,  
ossa. Difficilis vero sit, partes eas reprodu-  
re, quarum prima genesis efformatioque intel-  
lectum adhuc superat, v. g. Musculi, Nervi.

§. 14.

*De eo, quod Experiens videatur contradicere  
Theoriis.*

Ut ut autem difficile sit, partem compon-  
itam reproducere: inde non sequitur, par-  
tem eam, si perperita fuerit, reparari haud  
posse. Etenim plures illae experientiae cele-  
berrimorum, fideque dignorum virorum de  
subsequuta reproductione nervorum, par-  
tiumque muscularium perperitarum, deque  
irritabilitate et sensu restitutae parti — licet lon-  
gum demum post tempus — acquisitis: me  
Hercule! theorias omnes si non evertunt, in-  
firmant tamen. Exemplis dicta confirmen-  
tur!

An:



*Ambroſus Paraeus* linguam omnem abſcissam vidit regeneratam. Omne quoque linguam septennalis Pueri, quam variolarum venenum deſtruxerat, redintegratam, gusto que et sermone ſenſim iterum valenteſem nota-  
vit *Hildanus*. *Chriſtoporus Vega* obſerva-  
vit vulnera ventriculi reſecta, quamvis non  
parum ſubſtantiae amißum fuerat. De repro-  
ductione ſcroti exempla affert *Stalpartus*, *van  
der Wiel*, et *Schumacherus*. *Thomas Bar-  
tholius* citat caſum, in quo vulnus, glande  
muſquetaria ſinistro hypochondrio in-  
flictum, ſubſtantiam deperditam recepit,  
*Borello* obvenit Scapula plane refarcita, quae  
omnis ſubſtantiae carneac antea jacturam fece-  
rat. *Petrus Marchettis* animadvertit cutem  
capitis, ab yrſo prius abruptam, poſtea rege-  
neratam. Praecipue notanda veniunt exem-  
pla de deperditis digitis ita reſtitutis, ut ad  
quasvis actiones iterum eſſent idonei. Qui  
plura de reproduciſis aliis artibus abſcifis eu-  
pit, conſulat *Tulpium*, *Pechlinum*, *Heiſterum*.

§. 15.

## §. 15.

*Auctoris de reproductione Sententia.*

Adjunctis quibusdam exceptis, reproductionem eadem, que generatio sequitur, sequi principia, aliquoties jam monui. Ad reproductionem itaque eandem, quam ad generationem, massam, eandemque vim, quam massa illa haec effingatur, praerequiro. Prae omnibus igitur laesae parti insit Lympha. Affluxus quoque ejus plerumque et stimulo, et debilitate ipsius partis laesae accietur. Prolicita ergo haec lympha id, quod caput rei in reproductione est, constituit. Opinionem hanc plures viri celebres tueruntur: e quibus Boerhavium Swietenium, Plattnerum, Joan. Zachar, Callisenium et Bertrantum nominaliter sufficiat. Huc quoque faciunt observationes Kultatschi, qui vulnera glande iusta per medium lymphae accessum sanata refert. Observavit Nors, quoddam in ventre vulnus, conloneque fimili laesum ope fibrarum securiente lymphae exortarum mox coisse. Lymphae

vera

verò adfluentis indoles pro diversitate partis  
reproducendae diversa esto. Hac ratione  
lympha os quoddam refectiona particulas ferre-  
as contineat, deponatque plures quam lym-  
pha telam cellulofam aut alias teneriores par-  
tes reproducitur. Qua vero lege caivis parti  
lympha ipsi congrua, advehatur, ob Se-  
cretionis mechanismum nequid fat acute per-  
spectum, Hypothesibus explicatur. Verum  
ni fallor, phaenomeni istius ratio structuræ  
vasorum, e quibus lympha emergit, adscri-  
benda videtur.

Hac demum via facili negotio intelligitur,  
posse telam cellulofam, membranas, tendi-  
nes, atque ossa, magna absque difficultate,  
regenerari; partesque regeneratas prioribus de-  
perditis admodum similes evadere. Vtrum vero  
ex particulis lymphaticis fibrae musculares,  
inno nervi reproducantur, numque haec par-  
tes iterum vires ipsis proprias recipiant: an ve-  
ro singula, quae de reproductione harum par-  
tium scimus, eo absolvantur, quod exigui va-  
forum



forum vicinorum nervorumque trunci in no-  
vas partes prolongentur, perquam sum du-  
bius. — Sequentia in animalibus vivis in-  
stituta pericula posteriori harum opinionum fa-  
vere videntur.

I.) Frustrulo tres lineas longo e nervo ischiatrico  
vivi canis excilo, is canis elapsis sex hebdo-  
madibus rursus pedi institut, illoque omnes  
proprios ipsi motus absolvit. Tantum sen-  
tatio infra partem exsectam notata est debi-  
lior et irritabilitas submersior, extincto ca-  
ne, magis torpens. Quum in locum ex-  
cismum inquireretur, nervus quidem inven-  
tus est continuus; verum pars restituta inter  
dura duo tubercula gangliosa, sex ad mini-  
mum lineas inter se distantia, filum offere-  
bat duriusculum, quod obiter inspectum  
pro vero nervo haberi poterat. Interior  
tamen ejus structura densae telae cellulari  
respondere est deprehensa.

D

II.



II.) Particula majore cani alterie musculo crurali adempta, is intra idem temporis spatium quum esset sanatus, libere iterum perde suo utebatur. Locum excisum examinanti occurrit quidem quaedam in eo depresso: locum vero inter fibras descissas, et eas, e quibus portio excisa erat, replevit densior tela cellulosa, ad tendinem accedens, quae reproductae cuti externae arctius adhaerebat.

III.) E tendine Achillis tertii canis pars tres ad quatuor lineas longa fuit excisa. Post quatuordecim dies denuo pedem flando tentans, omnem denique ipsius usum quatuor post hebdomades est nactus. Hebdomade sexta pars reproducta iterum fuit excisa. Erat ea difformis et partes reliquias crassitie exceudebat. Interior ipsius structura solito visa est durior. Glauco imbuta colore, gelatinam referebat valde condensatam. Interea peri-

peripheriam ambibant stiriae albae, genuino  
tendini similiores. Pars data hac occasio-  
ne excisa, medium pollicem exsuperabat.  
Cani ipsi nunc altera vice eodem pene tern-  
poris intersticio, tendo regeneratione fuit  
restitutus.

Posteriorius hocce phaenomenon reffero  
ad diaetam lautiorem, qua fruitus est ca-  
nis tempore experimentorum, posquam  
antea ea parcior fuisset. Inde quoque est,  
quod omne ipsius corpus perquam obesum  
fieret. Prima etiam regeneratio effecerat;  
ut lympha uberioris adflueret, parti laefae.

Haec experimenta in favorem veræ re-  
productionis non admodum quidem faciunt.  
Negari tamen non potest, partes restitutas  
prioribus deperditis plane analogas forsan eva-  
fisse: si experimentis diutius intendere licuisset.  
Verum nec meum hoc celo dubium: num sci-



licet partes musculares et nervosae unquam  
plene regenerari queant. Nullam interea de-  
inceps occasionem praetermittam, experimen-  
ta in reproductionis negotium instituendi.  
Gaudet, si demum graviora certioraque hanc  
in rem proferre concedatur.

Halle, Diss., 1786/87



Sb.

vdB



